



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commentariolus De Arte Apodemica, Sev Vera Peregrinandi Ratione**

**Pyrckmair, Hilarius**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 P 5423**


**urn:nbn:de:hbz:466:1-30372**


Th  
389

Th. 2389.

G. I

30.





M  
C  
C  
u  
pa  
t  
I  
M  
S.  
E  
S


Commentariolus  
DE ARTE  
APODEMICA,  
SEV  
VERA PEREGRINANDI  
RATIONE.



Auctore  
HILARIO PYRCKMAIR  
*Landishutano.*



INGOLSTADII,  
Ex Officina Daudis Sartorij.  
M. D. LXXVII.



I  
I  
E  
E  
H  
ADM  
CO  
DO  
HI

ILLVSTRISSIMO

A C

REVERENDISS. PRINCIPI

D.

D.

ERNESTO

Electo Confirmatoq;

EPISCOPO

HILDESHEIMENSI,

ADMINISTRATORI FRISINGENSI:

COMITI PALATINO RHENI, ET

UTRIVSQUE BAVARIAE DVCI

DOMINO SVO CLEMENTISS.

HOC MONVMENTVM

GRATITVD: ERGO

Dedicabat consecrabatque

HILARIVS PYRCKMAIR

LANDISHVTANVS.

A 2



*Ad eundem Principem*

*Acclamatio.*

M. IOANNIS ENGERDI P. L.  
ac Poëtices apud Ingolstadienses  
Professoris.

**A**C veluti Æneas Troianis exul ab oris  
Littora deseruit patriæ, multosq; per annos  
Erravit, multum & terris iactatus & alto:  
In Latium donec, sedes ubi fata quietas  
Monstrârunt, non ignarus tamen ante malorum.  
Venit, & Augusto Troianum sanguine tandem  
Nomen in astra ferens, patriam gentemq; togatam  
Condidit, & placida compositus pace quieuit.

Sic nos Christicolæ, Cæli quibus annuit arcem  
Ipse Deus, Mundo hoc per tot discrimina rerum,  
Per varios casus, ærumnososq; labores  
Tendimus in regnum, cui nos seruamus, Olympi:  
Hic domus, hæc patria est: etenim qui terminus arcti  
Orbe peregrino nobis conceditur æui  
Vita fugax iter est per tot Cyclopea saxa,  
Per Mundi scopulos, Scyllã, vastamq; Charybdin.  
Viuimus interea, sedes mutare parati,  
Et quo quisq; modo fugiatq; feratq; labores

*Exul*

Exul in his terris, ut cœli regia demum  
Accipiat sese, nos sancta oracula Diuûm  
Sanctorumq; docent imitanda exempla parentum.

Cætera, si terras lustrare atq; extera regna  
Nos iuuat, aut magnis metiri classibus æquor,  
Fata monent, paucisq; viam benè certus eundi  
Expedit HILARIVS: moniti meliora sequemur.

Huc ergo ò ERNESTE veni, lux tertia fratris  
BOIVGENVM, mores Italos expertus et urbes,  
Hunc etiã HILARII clemens decurre laborem,  
Dum namq; incensos ardenti laudis amore  
Inflamas, magis atq; magis tua gloria crescet.

## Auctor Lectori S.



VID EST,  
Humanissime  
Lector, si me  
in ijs rebus, in  
quibus nō mi-  
nimam ætatis  
meæ partem transegi, aliquando  
aut exerceam, aut ingenij qua-  
lecunque τέχνης edam? Iam  
quidem decennium agitur, quòd  
relicta dulcissima Patria in hoc  
mundo, tanquàm erumnarum ac  
miseriæ pelago, variè iactatus  
fuerim. Quoties verò, vt apud  
Virgilium Iuno Æneæ, fortuna  
mihi in hac mea nauigatione di-  
ras non solùm imprecata sit, sed  
etiam tonitrua, fulgura, corusca-  
tiones, imbres, ventorumq; ad-  
uersos flatus & similia excitaue-  
rit, libello vix includere possem.

Illi

Illi certè mihi faciliùs fidem ha-  
bebunt, qui simili modo in hoc  
mari magno & spatioso remigã-  
runt, vel adhuc remigant. Utigi-  
tur Meccœnates & Patroni mei,  
qui me & nauiculam meam mul-  
toties ferè submersam & vndis  
dissipatam, pietate, munificen-  
tia, liberalitate, omniq̃ue officij  
genere resarserunt, imò sæpius ab  
ipso naufragio liberârunt, ali-  
quando nauigationis meæ fru-  
ctum, honorem, aut quippiam  
tale caperent, has merces meas  
pro ratione industriæ & faculta-  
tum mearum comparatas, hoc  
brumali tempore, quo nautę ple-  
runque in portu hæerere solent,  
venales exponendas esse censui.  
Accede itaque humanissimè Le-  
ctor & mercare, non quidem vt  
sõliti sunt pyratae, qui in sinu A-  
driatico (idq̃ue sæpè in littore &

A 4 portu

portu contingit,) non Venetorum, aliorumque merces rapiunt solum, sed etiam ipsos nauium Dominos aut interficiunt, aut aspero seruitutis iugo subijciunt. Talis emptor hanc merces meas relinquat illis, quorum gratia comparatae sunt.

V A L E.

COMMEN.

D  
VI  
pra  
ωο  
χεν  
ωα  
ωε  
ωο  
de  
peo  
Tas  
pige  
pere  
uti  
tore  
grat

## De Arte Apodemica

S E V

VERA PEREGRINANDI  
RATIONE.

**P**roclarum est, Illustris- Exordium  
sime atq; Reuerendissi- à commē-  
me Princeps, illud Iso- datione ex  
cratis de Peregrinatione Isocratis  
Prænesi.

præceptum. μή κατόκει μακρὰν ὁδὸν  
πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι  
χρησιμὸν ἐπαγγελομένους. αἰχρὸν  
γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα  
πεγάγη διαπερᾶν, ἐνεκα τῶ πλείω  
ποιῆσαι τὴν ὑπαρχουσαν εἰσίαν, τῶς  
δὲ νεωτέρους μὴ δὲ τὰς κτ' ἡμῶν πο-  
ρέας ὑπομένειν, ἐπὶ τῷ βελτίῳ κα-  
τασῆσαι τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν. i. Nō  
pigeat quantumuis magnum iter susci-  
pere ad eos, qui profitentur se aliquid  
utile docere. Turpè enim esset Merca-  
tores tanta maria transire pauxilli lucrì  
gratia: adulescentes verò non terrestre

A 5 iter

Quomodo  
vera pru-  
dentia cō-  
paretur.

iter ingredi velle, ut mentem suam or-  
natiorem, politioemq̄ redderent. Equi-  
dem verò (ut ingenuè fatear) semper in  
ea fui sententia, existimans nimirum ve-  
ram eruditionis & prudentiæ laudem  
non ex libris tantum, sed ab usu etiam  
& experientia, tanquam rerum omnium  
Magistra, quærendam esse. Non debent  
igitur ij tantum sapientes iudicari, qui  
literis instituti scientiæ titulum sibi vè-  
dicant: sed multò magis etiam illi, qui  
omnibus alijs posthabitis, rerum pericli-  
tatione edocti, versatiq̄ in hoc mundo  
quasi vitæ humanæ Theatro, & diuersi-  
tatem Regionum, & mores hominum  
dissidentium, & vitæ exempla, & alia  
quamplurima, quæ sese peregrinantibus  
offerunt, inspexissent. Quid enim tur-  
pius? Quid homine studioso, præsertim  
Nobili, indignius? quàm semper domi  
sub tecto sedere, & ita in otio omni glo-  
ria & laude carente senescere, neq̄ co-  
gitare

gitare aliquando ex hoc tanquam nimis opaco & circumscripto domicilio ad rerum maximarum cognitionem acquirendam euolandum esse. Ad hoc autem suscipiendum animos liberales, ea, quæ non mediocris est, utilitas inuitare debet. Ea autem est, quæ Nobiles quidem potissimum exornat: illos verò, qui originem suam à tenuibus principijs duxerunt, non solum clarissimis quibusue viris cõmendat, sed sæpè etiam illis cõparat ἐμπειρία seu experientia rerum, qua homines præditi, tanquam Hesperus, inter reliquos prælucere solent. Cùm enim aliquid vel audimus, vel legimus de Prouinciarum amœnitate & fertilitate: de benè alicuius Regni constituta Re- pub: de vera Religione et cultu diuino: de hominibus literatis: de recta iuuentutis educatione et institutione: de benè deniq; moratis ciuibus. An non iucundum, & gratum, imò etiã vtile est omnibus? At multò iucundiùs, multoq; utiliùs est, res

Effectus  
seu vtilitas  
peregrina-  
tionis.



ipsas, ut sunt, contemplari & inspicere:  
qua de re eleganter Horatius:

Segnius irritant animos demissa per aures,  
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Mihi quidem sæpè & legenti & au-  
dienti de illa inçlyta Imperij orbis terra-  
rum, sede urbe Roma, multa, quæ dice-  
bantur, aliquando miracula, aliquando  
non vsq; adeò verisimilia esse putabam.  
Ad eam autem cùm appropinquarem, et  
ex Apennini iugis paulò accuratiùs in-  
spicerem, historiasq; in mentem reuoca-  
rem, prorsus obstupui, voluens nimirum  
animo, quàm potens quondam fuisset illa  
totius mundi dominatrix Roma, nūc au-  
tem in longè dispari fortuna cōstituta vi-  
deatur. Quanta hæc sit rerum humana-  
rum vicissitudo, omnibus eruditis & sa-  
pientibus viris cōsiderandum relinquo.  
Nam unica Roma miseram cōditionem  
rerum mortalium, in quibus nihil perpe-  
tuum est, tãquàm illustre exemplum nos  
docere videtur. Urbis veteris statum  
fateor certè me summa cum admiratione  
& stu-

Roma ex-  
emplū for-  
tunæ.

& stupore conspexisse. Nomen enim vr-  
 bis oculis representabat potentiam, ma-  
 gnificentiam, pristinamq; fortunam sæpè  
 ex historijs mihi cognitam, eandem au-  
 tem subitò, tanquam somnium, ingen-  
 tium ruinarum imago, quam intuebar,  
 de medio auferebat. Tempia, porticus,  
 theatra, fora, aquæ ductus, alia rescissa  
 pendent abruptis molibus, alia collapsa  
 collibus haud dissimilia iacent: quorun-  
 dam verò vestigia nullibi, nisi in funda-  
 mentis apparent. Nihil sanè ex tanta  
 magnitudine integrum: nihil sua forma  
 præditum: nihil quod non deplorandum  
 videatur: sed obruta, vastaq; omnia ia-  
 cent, tristeq; admodum spectaculum in-  
 tuentibus præbent. Cætera verò, quæ in Roma no-  
 urbe noua videntur, si ordine recensere ua.  
 vellem, volumine vix comprehendere  
 liceret. Quot enim antiquitates passim per  
 vniuersam urbem cernuntur: quot tem-  
 pla pulcherrimè & magnificè exstructa:  
 quot Xenodochia: quot pauperum & pe-  
 regrino-

regrinorum receptacula: quot principum Romanorumq; magnifica palatia: quot amplissimi & amœnissimi horti: quanta populi ex toto terrarum orbe confluentis frequentia: quanta Doctorum hominum turba: quæ diuitiæ: quanta deniq; tranquillitas & sobrietas civium. Me igitur mea peregrinationis Romam versus, præsertim Anno Iubilæo, susceptæ poenitentat? Nequaquam. Ea enim, quæ antea apud me sæpè incerta et tanquam umbra erant, nunc oculorum fides, spectataque veritas certissima reddidit, maximamque & voluptatem, & admirationem in me excitavit. Non igitur audiendi sunt, qui Argumento maximorum & immensorum laborum, quos peregrinantes perferre oportet, moti, peregrinationem omninò omittendam esse opinantur. Quid eiusmodi idiotis respondendum putamus? Equidem homines ad laborandum, ut aues ad volandum natos esse exstimo. Quid? Nonne Abraham itinera maxi-

Refutatio laboris & periculorum, quæ peregrinantibus obijciuntur.

ma confecit mandante & iubente Deo?  
 At, inquiunt, filius meus, quem unicum  
 habeo, si occumbat, omne tunc mihi sub-  
 latum est in hac vita solatium. Quid? si  
 tibi mors etiam domi, quæ totum terra-  
 rum orbem perlustrare solet, eum aufe-  
 rat? Quis tibi eum deinceps restituet? Aut  
 quis erit, qui pro sapiam tuam conserva-  
 bit? Cogitandum igitur est, mortem ge-  
 neri humano communem, nihilq; perpe-  
 tuum esse in hac vita miseriæ & cala-  
 mitatis plena. Si domi autem filius tuus  
 immortalis existeret, tibi facile concede-  
 rem, imò iuberem etiam, eum non modò  
 non peregrè mittendum, sed semper apud  
 te domi retinendum esse. Quod verò quo-  
 niam non sit, meliùs & multò laudabi-  
 liùs est, te talem habere filium, qui simul  
 cum industria & eruditione, maximarum  
 rerum cognitionem et experientiam con-  
 iunxerit. Id autem peregrinatione solùm  
 effici posse, quis quæso peritorum homi-  
 num est, qui non testetur? Placuit igitur  
 hisce

Scripti oc-  
 casio.

hisce hybernis horis atq; contractioribus  
 diebus praecepta quaedam de peregrinatione,  
 pro ingenij mediocritate perscribere:  
 idq; facere volebam tum ad meam utili-  
 tatem, tum illustrium Comitum à Sultz,  
 cum quibus breui, si placuerit Deo pra-  
 potenti, repetiturus sum Italiam, ut ni-  
 mirum illi non in itinere solum, sed in  
 ipsa Regione etiam hac breui tractatio-  
 ne, tanquam typo quodam generali ad-  
 monerentur istarum rerum, quae pere-  
 grinantibus praecipue obseruandae et no-  
 tandae sunt. Quomodo igitur peregrinan-  
 tem nostrum nominabimus? Vocamus  
 eum aliarum terrarum idoneum perlu-  
 stratorem & diligentem earum rerum  
 obseruatorem, quae scitu sunt & necessa-  
 riae et vtilis, quiq; suam peregrinationem  
 non temeritate quadam, sed utilitate  
 publica, honestate & gloria motus pru-  
 denter instituat, neq; leui caussa se à pro-  
 posito suo distrahi aut impediri patiatur,  
 sed ijs rebus, quarum gratia peregrina-  
 tur,

Definitio  
 peregrina-  
 tis.

tur, subindè sedulò inuigilet. *Ut igitur Aristoteles idoneum auditorem ad doctrinam Ethicam percipiendam requirit: ita sanè ad peregrinandum admittendi non videntur infantes & senes. Hi enim, quibus corporis labores minuendi sunt, propter ætatis iniuriam; illi verò corporis, iudicij & intellectus imbecillitatem ad hanc rem suscipiendam omninò ineptos esse, cuiuslibet perspicuum est, ideoq; multis argumentis comprobari non debet. Et quamuis Iacob ut senè in Ægyptum profectum esse Sacra litera testatur, tamen profectio ista partim cogente fame, partim etiam ob filium Iosephum, quem unicè dilexerat, instituta, non rectè aut propriè (ut opinor) peregrinatio iudicabitur: siquidem ea in arbitrio & voluntate posita esse videatur. Nam unicuiq; liberum est aut in patria vitã transigere, aut si forsan certis rationibus moueatur, se ad alienos populos conferre, atq; eorum vitã & mores cognoscere,*  
 ut si

Qui sint apti ad peregrinandum.

πεποιταται  
 τάλῃς  
 φῖς causam profectio-  
 nis Iacobi continens.

ut si quid utile videat, id ipsum arripiat, & quamprimum domum reuersus fuerit, in Rempublicam, summa & fide, & studio conferat. Arcentur præterea à peregrinatione talia ingenia, ex quorum profectioe nihil aut certè parum utilitatis Reipublicæ, parentibus & amicis expectandum est. Quo argumento Cicero mercaturam, si tenuis sit, neq; magna, copiosa aut multa vndique apportet, sordidã, minimeq; laudari posse arbitratur. Quid enim prodest pauxilli lucri gratia tam longa instituire itinera, seq; summis vitæ periculis exponere? Quod quidem potiùs temeritatis & stultitiæ, quàm prudentiæ signum esse videtur. At imperito pictori alienas terras perlustranti, licet plurimas elegantes picturas videat, illas tamen neq; obseruet, neq; simile quippiam fingere conetur, atque tandem post longam peregrinationem vacuus domum redeat, quas laudes tribuendas putamus? Ita sanè è contra  
 studiosi

Ab exemplo pictoris.

A contrario.

studiosi literarum & bonorum morum  
caussa peregrinantis maxima laus est, si  
non Ciuitates, longinquas Regiones, &  
alienos populos uiderit tantum, sed eo-  
rum nouerit etiam & linguam, et mores,  
Religionem, Pietatem, Politiam, Rei-  
publicæ statum, & ea, ex quibus magna  
potest haberi utilitas. Hinc commenda-  
tur apud Homerum Ulysses:

πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, & Hom. 1.  
νόον ἔγνων. Odys.

Hic certè miror quorundam impru-  
dentiam, aut potiùs uesaniam, qui alie-  
narum Prouinciarum uitia & turpitu-  
dinem ita diligenter notant, ut domum  
reuerſi nihil aliud queant, quàm alios,  
ſapè etiam falſò, traducere. Idq̄, maximè  
contingit in conuiuuiis, colloquio, & con-  
gressu familiari. Cur quæſo peregrina-  
mur, uirtutum an uitiorum gratia? Il-  
los profectò ſumma laude dignos iudica-  
rem, ſi tantam & diligentiam, & indu-  
ſtriam in enumeratione uirtutum adhi-  
berent.

Finis pere-  
grinatio-  
nis.



berent. Verum quidem est, aliquando mentionem de vitiis fieri quoque debere, ne videlicet eiusmodi, quæ in aliis terris vsitata sunt, in nostrâ suscipiamus Rempublicam, quia virtuti & honesto repugnent. Quod tamen fieri debet & prudenter, & moderatè. Aliàs adolescentem, siue cum eruditis, siue literarum ignavis versetur, de peregrinatione sua sermonem instituere volentem, diligenter admonitum volo, ut potius virtutes, quarum utilitas perquam magna est, quam vitia: potius laudes, quam vituperia commemoret. Adolescentiã enim verecundia, quæ huius ætatis est propria, à sermone vitiorum ad virtutes auertet: à vituperio, ad laudandum mouere debet. Porro eos, qui filios suos immature, & parum prudenter peregrè mittunt, hinc admonendos esse censeo, ut grauissimam pœnam in ipsos à Deo Optimo Maximo constitutam considerantes, cautius agant, neque (si verum fatear) quodammodo

Adiuncta  
peregrinã-  
tis.

dammodò caussa existant omnium malorum, in quæ filij non sæpè, sed plærunque incurrunt. Quibus autem vitijs inquitur quotidiana docet experientia. Nō est, ut dicam de illis, qui in Gallis, Italia & alibi, Crapula, Venere & Baccho perière, cūm passim apud nos in Germania eiusmodi ventris mancipia (sic enim appellare liceat) quamplurima reperiamus, quæ nō modò literis nullam operam nauant, sed etiam (quod detestādum est) nocte, dieq; nihil aliud cogitant, quàm vt Veneri, ventriq; suo, tanquàm Deo cuidam, inseruire valeāt. Inuentuti igitur, quæ ad vitia, quàm virtutes pronior, parentes fideles & prudentes tempestiuè & opportunè consulant, suadeo, ne locis  $\mu\epsilon\gamma\acute{\iota}\sigma\tau\eta\varsigma \epsilon\mu\pi\eta\rho\epsilon\acute{\iota}\alpha\varsigma \kappa\alpha\iota \pi\alpha\upsilon\delta\epsilon\acute{\iota}\alpha\varsigma$  varia morborum genera (quod plærung; contingit) & alia incommoda quamplurima reportent. Illis igitur, qui ad iustæ Præceptores adolescentibus adhibēdos, ætatis rationem nondum peruenierunt, adiungendi sunt Præceptores viri nimirum esse.

Abusus peregrinationis.

Præceptores adolescentibus adhibēdos.

esse.

mirum probati, qui vitæ sanctimonia & pietate: morum gravitate: eruditionis splendore: & quantum fieri potest, rerum singularium cognitione, commendentur, ut his tanquam Ducibus omnia ad utilitatem, honorem, gloriam et commendationem spectantia diligenter obseruent & discant: quæ aliàs ab illis aut propter ignauiam; aut iudicij & intellectus immaturitatem; aut sanè magnarum rerum contemptum, & amorem turpium

Ἐπὶ ἁλῆσι  
ἴσῃς conti-  
nens nobi-  
lium dona.

facile negligenterentur. At multi opinantur nobilium filios, quibus natura præ cæteris, singularia quædam dona, ut ingenium, iudicium, & urbanitatem quandam, generosioresq; spiritus tribuat atq; ingeneret, illis, quorum ortus humilis et perquam tenuis est, commendari non debere. Qui duabus rationibus præcipuè moueri videntur. Primò ut pecunia partant, quæ aliàs in Præceptoribus alendis exponere cogerentur: Deinde quia Præceptores officij sui & iurisiurandi præstiti

fliti sæpè parùm memores non iuuentutis  
 ductores, sed seductores; non bonorum  
 morum formatores, sed corruptores exi-  
 stant, viamq; quodammodò in vitia la-  
 bendi præmonstrent. Ad hoc quod atti-  
 net paulò antè monui, quales Pedagogi  
 sint eligendi. Quod verò cum sit consti-  
 tutum in arbitrio sapientum & pruden-  
 tum virorum, non dubito, quin se quisq;  
 ita geret, ne elatus videatur extra ratio-  
 nem honesti. Alterum verò hominis pla-  
 nè sordidi est, qui mauult aut paruæ cui-  
 dam pecuniæ parcere, aut certè sibi, ne-  
 scio qua motus auaritia, diuitiarum cu-  
 mulum corradere, quàm filium benè &  
 honestè institutū habere. Sed quæso, quæ  
 est iucunditas, quam ex auro, argento &  
 diuitiis capimus: siquidem non solùm  
 eas libidine augendi cruciemur, sed sem-  
 per etiam amittendi metu? Quid iuuat  
 filiis ea quidem relinquere, quæ fortuna  
 ludibria sunt, & sæpè vno momento ab  
 homine auferuntur, eumq; in summa ui-  
 tæ di-

Auari sunt  
 sordidi.

Parentum  
folatium  
ex filiis.

tae discrimina atq; rapiunt inducunt? At  
quantam delectationem, utilitatem &  
gloriam parentes ex filiis benè educatis,  
literis institutis, virtute & rerum co-  
gnitione præditis consequantur, non fa-  
cile dixerò. Filij enim sunt εἰκῶνες τῶν  
πατέρων. Taceo quòd hac ratione se-  
nectus illorum lenetur: morbi leniantur:  
mors deniq; ipsa multò facilius reddatur.

Impensis  
non parcē-  
dum in alē-  
dis præce-  
ptoribus.

Hoc autem quoniam omnes sibi maxime  
optent, quærendæ sunt causæ, quibus id,  
quod volūt, effici queat. Nunquam igitur  
laudabo eos, qui hac in re sine parsi-  
monia, siue quacunq; ratione moti iuue-  
tutem Præceptoribus privadā esse aut  
suadent aut arbitrantur. Quid verò de  
his sit sentiendum, qui lubentiùs & ala-  
criùs pecuniā in canibus venaticis, equis  
& aliis rebus solūm ad voluptatem spe-  
ctantibus, quàm Præceptoribus alendis  
erogant, iis reseruatū volo, qui matu-  
rioris sunt iudicij et intellectus. Et licet  
nobilium filij sint plerūq; præstantioris,

Alia τῶν  
ἀρισ-  
topο-  
στο-  
φισ-  
τι-  
να-  
qua priori  
responde-  
tur.

genero-

generosiorisq; naturæ, quam alij, nihilo-  
 minus tamen sunt regendi et gubernan-  
 di, ne opibus suis confidentes à via hone-  
 sti vel deficiant, vel (quod facillimum est)  
 errent. Equus enim alacer & generosus  
 nullisq; calcaribus indigens, qua ratione  
 ad metam currendo perueniet, nisi sit, qui  
 insideat, frenumq; regendo & tutiore, et  
 breviorẽ viam ingrediendã esse ostendat?  
 Iuvenes ergo pedagogos bonos et eruditos  
 habentes metam propositam & facilius at-  
 tingent, & absq; magna difficultate (mo-  
 dõ se morigeros præstent, nullisq; labori-  
 bus parcant, qui in itinere, vel studiis  
 occurrere solent) utilitatem, commen-  
 dationem & gloriam, quæ ex peregrina-  
 tione & literis nascitur, consequentur.  
 Omnis autẽ peregrinatio, quæ recta ra-  
 tione suscipitur, aut Religionis, aut stu-  
 diorum causa instituitur. Religionis  
 quidem alij Romam: alij ad Diuum Ia-  
 cobum in Hispaniam: multi verò Hie-  
 rosolymam & ad montem Synai pere-  
 grinati

Utilitas ex  
 Præcepto-  
 ribus.

Stoicæ  
 seu peregrina-  
 tionis di-  
 uisio.

I. Religio.

B

grinati

Braitenbachii de peregrinatione Hierosolymitana.

grinati sunt. Peregrinationis Hierosolymitanae extat liber à Braitenbachio Nobili & Equestris ordinis viro, optimè conscriptus, quem illi legendum censeo, qui Hierosolymam peregrinari voluerit. Sic multi viri vitæ integritate & eruditione præstantes in novum orbem (qui etiam peregrinationis studio inventus est) peregrinantur: non quidem ut ibi leges addiscant: multas antiquitates videant: aut politiores à Barbaris reuertantur: sed ut illos hisce ultimis et maximè deplorandis temporibus, scilicet hora vndecima in vineam Domini vocatos, Religionem, veram fidem, & quæ Christiano homini scitu necessaria sunt, doceant: quæ & qualis vita sit instituenda ostendant, diligenterq; moneant, unicum esse Deum, eumq; unice adorandum, colendum, amandum, timendum: Divam virginem, & sanctos iuxta Ecclesiae præcepta venerandos: & tandem ipsi Ecclesiae, summoq; Pötifici tanquam

Vicario

Vicar  
licet  
neam  
potes  
hanc  
hæte  
Catho  
res, ib  
plant  
ri &  
tande  
Relig  
tarem  
stura  
reliq  
riem  
Mine  
lescet  
lenti  
Regi  
obserr  
igitur  
atque

Vicario Christi obediendum esse. Quot licet hinc quibusdam stomachum moueam, verum tamen est, negariq; non potest, nullos alios, quam Catholicos ad hanc rem perficiendam à Deo Opt. Max. hætenus electos fuisse. Possunt igitur Catholicos tanquam noui orbis inuētores, ibiq; Christianæ & veræ Religionis plantatores, Legumq; latores, & gloriari & triumphare. Verum enim uerò ut tandem ad rem ipsam deueniam, relicta Religione, & studiis, quæ vel ad militarem disciplinam: vel ædificiorum structuram: vel mercaturæ negotium, & reliquarum mechanicarum artium seriem pertinent, tantum ea crassa, ut aiunt Minerua, tractabimus, quæ studioso adolescenti literarum gratia peregrinari uolenti, tum in itinere, tum etiam in ipsis Regionibus, & in Ciuitatibus maxime obseruanda & facienda uidentur. Cum igitur summus omnium rerum opifex atque conditor Deus sit omnium bono-

Catholici  
noui orbis  
inuentores.

Reiectio  
aliorum  
finium.

A Deo pro-  
fectio su-  
scipienda.



rum fons longè uberrimus, ex quo omnis sapientia & intelligentia, prudentia, eruditio, veras deniq; res tum diuinas, tum humanas cognoscendi, perspicendiq; ratio, ad homines abundanter subindè promanet & deriuetur: operæ precium imò necessariū omninò est, omnes actiones nostras ab Ipso, sine quo nihil foeliciter præstare possumus, primordia capere debere. Hac quippè ratione, instituta humana bonum initium, melius medium, & optimum finem consequuntur. Adolescens igitur iam iam soluturus oram foelicem sibi vêtum à Deo Optimo Maximo exoptet, cui se, suaq; omnia tanquàm rerum omnium & Auctori & conseruatori diligenter committat: eumq; studio summo roget, quò velit suum institutum iter honestatis et publicæ vtilitatis caussa susceptum, & fortunare, et ad Nominis sui sanctissimi gloriam, Patriæ autem incrementum & honorem, diuina sua clementia & bonitate.

ΑΦΙΞΙΣ  
seu disces-  
sus peregrinantis Precepta complectens.

nitare dirigere. Estq; hæc εὐορέσεια, quæ soli Deo debetur. Altera verò pietatis pars, quæ in homines est, requirit, ut patribus, amicis, cæterisq; Reipublicæ Patribus valedicat, quibus etiam magnam spem de peregrinatione faciendo, se summo perè commendare debet; atq; adeò, ut illis quodammodò iam certò constare possit, adolescentem nullam aliam ob causam, quàm utilitatem Patriæ, familiæ verò ornamentum, honorem et gloriam, hanc profectiõnem suscepisse. Tali itaq; viatico, pietate nimirum et timore Dei, ex quo omnis sapientia oritur, instructus adolescens proculdubiò fœlicissimè apud exteros & versabitur, & peregrinationis suæ fructus optimos, longeq; suavissimos reportabit. Abrahamus, cuius filium Isaac Deus cum sibi sacrificij loco imolari præciperet, hoc viaticum habebat, ideoque incredibiles fructus, promissionem scilicet, de semine suo consecutus fuit. Ad hæc requiritur tabella quædam

Comites peregrinantis.  
I. Pietas.

Timor Dei

Exemplum timoris Dei.

Ἐφήμερις seu diarium comparandum profecturo.

B 3 ad exci-

m-  
en-  
ui-  
pi-  
ter  
ra-  
m-  
ni-  
or-  
e  
ne-  
se-  
so-  
Deo  
que  
Au-  
nit-  
quò  
s et  
&  
imi  
&  
bo-  
ate.

Consideranda in itinere.

Exemplū  
Baronis à  
Fraund-  
sperg.

ad excipiendum ea, quæ in itinere obiter  
occurrere solent. Hominum enim memo-  
ria nunquam tam stabilis, tamque firma  
est, ut illa omnia comprehendere et sem-  
per tenere valeant. Talia autem sunt  
urbes, arces, montes, sylvæ, valles, flu-  
mina, & si quid est singulare in aliquo  
oppido aut loco, quod prætereuntibus vi-  
dendum exhiberi solet. Maximè verò  
prodest diuersitatem viarum, seu clande-  
stinos in aliquam Regionem ingressus, et  
Fluuiorum alueos vadosos inquirere.  
Ex historiis enim accepimus magnani-  
mum et generosum Baronem Georgium  
à Fraundsperg, cum Tridenti cum vni-  
uerso apparatu bellico ageret, viaque pu-  
blica ab Italis occupata, atque interclusa  
essent, eorumque forti præsidio teneren-  
tur, relictis grauioribus belli machinis,  
altissimas & asperrimas alpes cum toto  
suo exercitu conscendisse, atque in pau-  
cis diebus in hostium terram non absque  
magna eorundem & admiratione &  
clade

clade  
mira  
milen  
Nor  
in C  
telsta  
te v  
Ibi se  
in pa  
tere  
sepela  
sum  
causs  
quid  
accep  
troue  
stria  
fuisse  
falsu  
indig  
adue  
postea  
maxi

clade venisse. Equidem rem planè admirabilem & miraculo non multò dissimilem, cùm in Italiam Anno sancto per Noricas alpes asperrimas iter facerem, in Castello Heiden non procul à Beütelstain arce natura munitissima, distante vidi, quam huc referre neutiq̃ piguit. Ibi sex corpora post hominum memoriam in paruo quodam sacello reseruata prætereuntibus ostenduntur. Mibi cur non sepelirentur ex Incolis quærenti responsum fuit, terram illa absumere non posse: causam verò scire cùm vellem, hanc quidam assignabant, se à Maioribus suis accepisse, homines illos, quibus cum in cōtrouersia quadã inter Archiduces Austriae & Venetos iurandum delatum fuisset, ita quoque inter cætera iurasse, si falsum iuro, statim moriar, sepulturaq̃ indignus efficiar, & quia hac ratione aduersus veritatem iurauerint, hoc ita postea contigisse. Quod si verum est, maximam vim iurifurandi esse, quis

Aliud, historia in Castello Heidenobseruanda,

Vis iurandi.

B 4 non

non affirmabit? Illud certè stupendum est, ut eiusmodi peccatorum poenae à parentibus ad liberos plerunq̄, etiam deriventur. Est enim hîc quoq̄, infans eandem poenam sustinens, cuius brachia, manus, digiti, os, nares & cæteræ corporis partes, adhuc quidem integræ, carni tamen siccatae simillimæ sunt: maximè verò dentes, ut vix credam pulchriores, & magis albos in homine viuo existere posse. Via deinceps illa erat valdè aspera, insueta ideoq̄, maximè periculosa. Homines præterea ibi in finibus habitantes sunt inhospitales, inhumani, lucri cupidi (quod equidem proprio damno expertus loquor) & mores execrandos habentes. Nec mirum est, cum in horrendis montibus habitent, nec talem, ut nos, cæli clementiam experiantur, sed toto ferè Anno horrendum Boream inimicum habeant. Adolescentes itaque aut ipsimet hac in re cautè, & circumspectè agant: aut sibi tales itineris Comites adiungant  
 quorum

quorum prudentia et integritate adiuti,  
 non facile ab eiusmodi fraudulentis ho-  
 minibus circumueniri queant. Esto por-  
 rò in illis perpetua modestiæ et verecun-  
 diæ observatio. Longissimè verò absit  
 linguæ temeritas, quæ quid in itinere, &  
 hospitii efficiat, multi profectò maximo  
 suo incommodo experti sunt. Deinde  
 verò quando ventum est in ipsam Re-  
 gionè, duo potissimùm cõsideranda erunt:  
 Aër nimirùm & Situs. Ad aërem, cœli  
 clementia, serenitas, temperies, & salu-  
 britas pertinere videtur. Italia aërem  
 habet subtilem, penetrabilem, in quibus-  
 dam locis inconstantem, ideoque etiam,  
 præcipuè tamen æstate, pestiferum. Ro-  
 mæ valdè periculosum est peregrinis vi-  
 uere, tum propter aëris inconstantiam:  
 tum propter caloris vehementiam, quæ  
 tribus mensibus continuis ardentissimè  
 durat. Hinc adolescentes dietam in cibo  
 & potu parui facientes, & viribus na-  
 turæ suæ confidentes, incidunt facile in

Modestia  
 et verecun-  
 dia in ado-  
 lescente esse  
 debet.

Præcepta,  
 quæ in ipso  
 loco obser-  
 uanda cum  
 subiectis  
 exemplis.  
 Aër.

Ab exéplo  
 Italiæ.

Romæ aër  
 qualis.



lethales febres, quæ Romæ, & ferè in tota Italia frequentes sunt. Ego cum adhuc Romæ essem, multi Germani hac ratione animam exspirârunt. Secus tamen & meliùs degitur Senis, Bononiæ, Patavij, ubi aër est purior & constantior.

Situs in quo  
Plagæ ob-  
servanda.  
Situs Ita-  
liæ.

Situs observatio quatuor plagas, parallelos & climata complectitur. Situm Italiae descripsit Glareanus in hunc modum. Italia Peninsula ab occasu alpium iugis terminatur ad Varum usque Flumen, & Tyrrheno pelago, quod etiam mare Tuscum & inferum dicitur: à Septentrione alteris alpium iugis, quæ Rhetia, atq; aliis sequentibus nationibus imminet: ab ortu Hadriatico mari, quod nunc Venetum vocant, olim à Romanis Superum vocabatur, denique à meridie mari Siculo. Hæc igitur quantum ad superiora attinet generaliter adolescenti notanda videntur. In inferioribus verò montium consideratio prima est. Hic adolescentes pascua, ut in Heluetia, varia me

Montes, &  
quæ in illis  
notanda.

ria metallorum genera, ut in Misnia, Styria & Alsatia finibus, si commodè fieri potest, animadvertere debebūt. Huc pertinent fodinae metallicæ, quæ sunt diligenter inspiciendæ, auri & argenti separatio: metallicorum leges & consuetudines, in quibus plerunque singularia reperiuntur, quæ & admiratione & cognitione digna sunt. In montibus Suedetis, sic à Ptolomæo appellatis, non procul ab oppido Schwartzenberg, ferrum & stannum simul effoditur: Vt autem stannum à ferro commodissimè separari & in hominum vsum transferri possit, ibidem sapiens natura alios montes effinxit, qui Magnetis copiam suppeditarent. Materie itaque effossæ & in puluerem redactæ immittunt Magnetem, à quo statim id quod ferreum est attrahitur, & à stanno sine magno labore separatur. Quod si natura non ita excogitasset, hæc metalla nec à se inuicem seiungi possent: nec aliqua stanni utilitas esset, sed vnà cum

Argenti  
fodinae.

Exemplū  
separatio-  
nis stanni  
& ferri in  
montibus  
Suedetis.

B 6 fumo



Mons Apenninus.

fumò euanesceret. Vnde meritò hæc res miraculum naturæ iudicari debet. In Italia insignis mons Apenninus, qui totam terram velut in duas diuidit plagas, vnâ ad occasum & meridiem: alteram ad ortum & septentrionem, diligenter obseruandus est, præsertim verò in illa parte, vbi Roma ad Forum Sempronium itur. Ibi enim Iulius Cæsar per Saxum durissimum portam & viam aperuit, quam Itali (l' Forno) nominant. Cernitur adhuc nomen ipsius supra portam effossum. Obseruatu dignus est Vichto mons à Pinastris ita dictus, qui intra Danubium et Hercyniam syluam habitârunt. Parturit quatuor celebres fluuios, quos ad quatuor Cæli cardines profundit: Sala Septentrionem petit: Moenus Occidentem solem: Agra ad Orientis ora fluit: Nabus Meridiem versus. Ad montes prætereà Thermae, quarum utilitas in vita humana est maxima, referendæ sunt. In his duo sunt  
 inspi-

Vichto mons.

Thermae.

inspicienda, qualitates aquæ, & quibus morbis curandis adhibeantur. Huius rei multa passim in Germania præclara habemus exempla. Romæ videntur adhuc Thermæ Neronianæ, Antonianæ & Diocletianæ, quæ licet hodiè dirutæ & collapsæ spectentur, apparet tamen eas non solum amplas, sed etiam magnificè exstructas fuisse. Montes sequuntur flumina, quorum scaturigines, nominis variatio, & utilitas observari debet. Inter cæteros Germaniæ fluuios insignes, sunt Danubius & Rhenus. In Italia Padus, Tyberis, Athesis, quæ quidem in Germania ex Tridentinis alpibus oritur, & Veronam pulcherrimam urbem diuidit. Danubius autem, qui totius Europæ ornamentum est, ex iugis Arnobæ montis oritur: Rhenus ex Rheticis alpibus originem suam habet: Padus è gemio Vesali montis ortum ducit: Tyberis ex Apennini iugis profluit. Variant interdum flumina nomina sua, ut Danu-

Flumina et eorū ortus.

Danubius.

Rhenus.

Padus.

Tyberis.

bius, qui antequam in Pontum influit,  
alio nomine Ister appellatur, idque fit,  
quamprimum terram Illyricam alluit.

Eorum autem utilitas multiplex est.

Fluuij au-  
riferi.

Quidam enim propter aurum, quod in  
illis crescit, commendantur, ut Rhenus  
Germaniae: Tagus Lusitaniae: Hebrus  
Thraciae: Pactolus Lydiae, de quo pro-  
uerbium (Pactoli opes) natum est. Hinc

De Pactolo  
Fluuij, &  
Mida Rege

fabulantur Poetae, Cum Midæ Phrigiae  
Regi Bacchus, quem hospitio susceperat,  
votum concessisset, ut quicquid vellet,  
optaret, id enim certo futurum esse, om-  
nia, quae corpore contrectaret, ut in au-  
rum verterentur, Regem optasse. Ve-  
rum cum cibus & potus contacti etiam  
in aurum mutarentur, sensit tandem sto-  
lidus et auarus Rex, quid petiisset coepit-  
que poenitere, Deumque orare, ut illum  
hac poena liberaret. Iussit itaque Bacchus  
ut in Pactolo flumine se lauaret: quod  
cum faceret, Fluuius arenas aureas at-  
traherat. Quidam vero fluuij laudan-  
tur

Fluuij Pi-  
scolenti,

tur ob piscium copiam, ut Danubius & Rhenus. Hæc enim pertinent ad sustentationem vitæ humanæ: ideoq; huc spectant lacus, amnes, stagna, quæ piscibus abundant. Inter cæteros verò insignis est Lacus Brigantinus; cuius utilitatem multæ Germaniæ Prouinciæ subinde experiuntur. Quantum verò commodum homines ex fluuiis consequantur, qui sunt navigabiles, haud facile dixerim: Tales autem sunt Danubius, Rhenus, Padus. In Pado quidem solutis velis navigatur, cuius tanta utilitas est, ut mercimonia per certos canales hominum solertia excogitatos & fabricatos, hinc inde in varias Italiæ Ciuitates portari queant. Quamobrem cum flumina in mare influant, ut Danubius in Pontum: ut Rhenus hodie tribus ostiis, olim saltem duobus in Oceanum Septentrionalem: Padus in Sinum Adriaticum: non absurdum est, eius considerationem huc quoq; referre. Verùm maris exacta tractatio

Lacus stagna.

Lacus Brigantinus.

Fluuij navigabiles.

Padus.

Fluminum ostia cum transitione ad mare.

Mare.

tractatio

Et ratio quoniam hic proposita non sit, eam  
 saltem leui (ut aiunt) brachio, & pro in-  
 stituti ratione attingemus. Relictis itaq;  
 monstris & piscibus marinis, contempla-  
 bitur adolescens *Triremes*, tanquam opus  
 admirabile, hominum industria inuen-  
 tum. In his videntur præter structuram  
 varia, ut homines moribus & lingua  
 dissidentes: ut officia: alij enim mira ve-  
 locitate malos scandunt: alij deplorandæ  
 conditionis homines remigant: alij per fo-  
 ros cursitant: alij sentinam exhauriunt:  
 tandem Patronus & Gubernator navis  
 ex siderum intuitu quò sit eundum ostē-  
 dit. Ne autem maris appellatio omitta-  
 tur, constat, *Oceanum*, qui totam terram  
 ambit, à velocitate nominatū esse. *Mare*  
*Atlanticum* dicitur: quod ab Occidente  
 montem *Atlanticum* alluit. *Mediterraneum*  
 autē à Regionibus, quas alluit,  
 varia sortitur nomina. In mari etiam  
 fluxus & refluxus, quo scilicet tempore  
 contingant, spectandi sunt. Et hoc qui-  
 dem

Monstra.

Naues.

Etymolo-  
gia maris.Maris reci-  
procatio.

dem  
 serua  
 suetu  
 Solet  
 secum  
 in die  
 solenn  
 appla  
 tanni  
 ut, in  
 meli  
 uigar  
 sunt  
 bet S  
 tum.  
 haufe  
 nunc  
 homi  
 hac in  
 Phil  
 perat  
 ne v  
 dixi

dem Venetiis videri potest. Mira & obseruatu digna est illa Venetorum consuetudo, vel potius erga mare Religio.

Venetorū  
mos in ma-  
ri placādo.

Solet enim Inclytus Venetorum Dux secum assumpto toto Senatorio ordine in die Ascensionis Domini, magna & solennitate & triumpho, nec non populi applausu, sibi mare annulo aureo quotannis desponsare: in eum, credo, finem, ut, ira maris hac ratione placata, Veneti melius rebus suis vacare, & tutius nauigare valeant. Huius classis quoque sunt Ostreae marinae, quarum copiam habet Sinus Adriaticus, seu mare Venetum. Ex his nescio, quam voluptatem hauserint Germani. Vulgatum enim nunc est, ut eas etiam tenuioris fortunæ homines sibi ex Italia adferri curent: nec hac in re ulli sumptui parcāt. Eiusmodi Philoxeni per Magistratū à luxu ad temperantiam vocandi sunt & admonendi, ne ventri suo, quem Plato meritò culinā dixit, nimium indulgeant. Tales enim

Ostreae  
marinae.

cibz

cibi non ad corporis necessitatem, sed ob voluptatem expetuntur. Verum noxij hæc à me bono animo excipiant. Id enim dico, quod verum est, et quod apud veteres Germanos in usu non fuit: & si fuisset, laudari tamen minimè posset. Ut autem ad rem redeam, animaduertendum etiam est, num regiones Syluis, Saltibus, Lucis, vel nemoribus sint à natura præditæ & ornata. Boëmiam Sylva Hercynia, quæ in Nemetum, Rauracorum & Heluetiorum finibus oritur, & ad Septentrionem latè porrigitur, pro natiuo muro in modum cordis, Citharæuè munivit. Saltus verò, in quibus pecudes pascuntur, plurimos habet Nobilis Germania. Lucus autem locus est vel alicui Deo, vel cuiusdam hominis cineribus cōsecratus: vnde Virgilius:

Nulli certa domus lucis habitamus opacis.

Putant tamen aliqui lucum appellatum fuisse vel quia parùm luceat, vel propter

Hercynia  
Sylua.

Saltus.

Luci.

Etymon.

propter crebra sacrificiorum lumina, quæ  
ibi nocturno tempore antiquitus fieri so-  
lebant: de quibus eleganter Poëta:

Lucus in vrbe fuit media lætissimus vmbra.

Talis Lucus fuit Marti consecratus  
apud Colchos, in quo Poëta finxerunt  
aureum vellus Phryxei arietis à per-  
quam vigili Dracone custodiri. Nemo-  
ra deinceps sunt loca opaca amœnitatis et  
voluptatis plena. Hac in re non imme-  
ritò commendatur Italia, quæ nemori-  
bus est grauida. Magnus Dux Hetruriæ  
in ciuitate Florentia amœnissimum ha-  
bet, cuius arbores sunt Cyparissi. Tale  
etiam est Romæ in Vaticanis. Deinde  
verò ad Syluarum inspectionem perti-  
nent animalia, de quibus Virgilius:

Itur in antiquâ Syluam stabula alta ferarū.

Venandi ratio: & res circa venatio-  
nem gestæ. Sylua Hercynia varia nu-  
trit animantia, scilicet, Vrsos, Bubalos,  
Boues Syluestres, Lupos, Apros, Cer-  
uos, Damas, Lepores, &c. Ob ceruorum

*copiam*

Lucus Col-  
chicus.

Nemora,

Exempla  
nemorum,

Adiuncta  
Syluarum.

Feræ.

Ceruorum  
multitudo  
in Bauaria.



Venatio  
priuatis in-  
terdicta.

Venandi li-  
bertas a  
pud Hel-  
uetios.

Venatio  
Romæ qua  
lis.

Historia in  
Venatione  
Caroli V.  
dum ceruū  
infectatur.

*copiam inter reliquas Germaniæ Pro-  
uincias, non minima est Boioaria. In  
multis quippè locis plures, quàm ducenti  
cateruatim ad pàstum ire spectàtur. Ve-  
natio verò præsertim caprearum, ceruo-  
rum, aprorum hinnulorumq; in aliqui-  
bus Germaniæ partibus oculorum effos-  
sione, in quibusdam capitis truncatione  
priuatis interdicta est: Feras tamen no-  
xias impunè capere licet. Aliter in Hel-  
uetia, quæ ciues, omnesq; priuatos homi-  
nes venandi libertate donauit. Romæ  
sæpè contingit, ut diuersi easdem feras  
venentur, illius tamen sint, qui prius vi-  
derit, læseritue, licet alius cœperit, modo  
prosequatur, eiusq; oculos non enadant.  
Ad res circa venationem gestas perti-  
net illud, quod inuictissimo Heroi Caro-  
lo V. Imperatori accidit. Nam cùm An-  
no 32. ad Conuentum Ratisbonensem  
tenderet, hospitio à Principe Palatino non  
procul ab Heidelberga excipiebatur. Ibi  
cùm venatio animi gratia instituta esset,*

*Impe-*

Imperatori ceruum insequenti, fortè fortuna Lupus occurrit, quem cum Imperator relicto ceruo, omnibus quibus poterat viribus, insequeretur, lapso equo fregit crus, quod Chirurghi prorsus insanabile iudicantes, pedis abscissionem suadebant. Et cum allatis omnibus instrumentis, iamiam pedem abscindere velent, interuenit, sic ordinante Deo, inclytus Rex Ferdinandus, qui Chirurgis, vt ab hoc proposito desisterent, grauissima pena interdixit, consuluitq; Imperatori, vt se ad vicinas thermas cõferret. Quod Imperator cum fecisset, conualuit, fuitq; crus hac ratione sanatum. Deinceps obseruandi quoq; sunt Campi, in quibus res gestæ spectandæ sunt. Sic commemoratur prælium admodum cruentum inter Attilam Hunnorum Regem, qui se metum orbis appellabat, & Ætium Valentiniani Imperatoris Ducem in rebus bellicis exercitatisimum, in Catalaunicis campis Anno Domini 455. commissum, in quo

Rex Ferdinandus.

Campi Catalaunici.

Prælium atrox & horrendum.

Fertilitas  
Regionis  
obseruāda.

Montes vi-  
tibus cōsti

Agri.

Boëmiæ  
laus ex ce-  
reuisia.

quo centum et octuaginta hominum mil-  
lia cecidēre. Aiunt Historici riuulum,  
qui Catalaunicum præterfluit, humano  
sanguine ita auctum fuisse, vt rapidissi-  
mo cursu instar torrentis effluerit. Se-  
quitur nunc, vt etiam aliquid de terra-  
rum fertilitate & frugalitate obseruan-  
dum præcipiamus, quæ est vel montium,  
vel planiciei. Montes autem plerunque  
vites alunt, vt in Alsatia, Austria &  
aliis locis quamplurimis: aliquando etiā  
oliuas, vt in Italia. Planicies verò agro-  
rum est, quorum culturam videmus va-  
riam. Nam alij herbam: alij frumenta:  
alij vinum quoq; alij lupulum, ex quo fit  
cereuisia, produciunt. Vt igitur vinum  
commendat Alsatiam, ita frumentum  
Boioariam & Boëmiam, quæ etiam non  
minimas laudes meretur ex cereuisia,  
quæ ibi coquitur, & in multas Germa-  
niæ confines Prouincias vehitur. Equi-  
dem cū Anno Septuagesimo tertio à  
Generoso Barone Ioanne Iacobo Fug-  
gero

gero &  
Praga  
tem, f  
ratus f  
moueb  
Vicent  
die du  
alter à  
dissim  
triplice  
capium  
secūda  
enim I  
desitua  
tes sus  
vt apu  
Fertila  
ceteræ  
sumilia  
nobilia  
Regna  
mata  
rum en

gero &c. quorundam negotiorum gratia Pragam missus essem, Boëmiæ fertilitatem, frumentorumq; copiam planè miratus fui. Verùm multò magis me commovebat Italia, cum Teruisio discedens Vicentinorum urbē peterem. Toto enim die duo agri fertilissimi, unus à Dextro, alter à sinistro latere, tanquàm iucundissimi Comites, me comitabantur. Ibi triplicem vtilitatem, quam Itali ex agris capiunt, animaduerti. Triplicis agrorum vtilitas in Italia. Prima erat vini: Armenta. secunda frumenti: tertia lignorum. Cùm enim Lambardia Syluis sit plærunque destituta, arbores ordine plantatæ & vitæ sustinent, & ligna quotannis cædua, ut apud nos silices, incolis reddunt. Fertilitatem præterea pertinent quoque ceteræ fruges: item pecora, equi, tauri, & similia. Italiam mira frugum fertilitas, nobilia pecorum vellera: Neapolitanum Regnum equi generosi: Pannoniam optima taurorum colla commendant. Germaniæ laus. Verùm enim uerò ne obliuiscar nobilis Germaniæ,

mania, quæ hodiè, si consideraueris Re-  
 gionis amœnitatem, cœli clemētiam, fru-  
 mentorum abundantiam, vitiferos mō-  
 tes, clarissimos amnes, pulcherrimas &  
 munitissimas vrbes, urbanitatem ci-  
 uium, rei militaris peritiam, & reliqua  
 ornamenta ad Rempublicam spectantia,  
 nec Italia, nec Gallia, nec Hispania  
 ipsa cedit. Interrogentur Itali, Galli,  
 Hispani vnde argentum suum habeant,  
 nōne fatebuntur ex Germania? Si ita-  
 que hodiè Cæsar, vel priscorum quispiā  
 ab inferis resurgeret, Nobilemquē Germa-  
 niam oculis contempleretur, nunquid is  
 Germanos Barbaros appellaret? Verūm  
 enimuerò ne nostra longior, quàm decet,  
 videatur oratio, transeamus ad vrbes,  
 quarum consideratio in externis & in-  
 ternis consistit. Primò itaq; adolescens  
 urbium nomina inquirere debet, in qui-  
 bus imponendis vt veteres solertes fuē-  
 re, ita quoq; eos, qui paulò post priora se-  
 cula secuti sunt, non minore Religione  
 præditos:

Urbium  
 considera-  
 tio duplex.  
 Externa.

Appella-  
 tiones ob-  
 seruanda.

præd  
 ciun  
 rârū  
 titæ  
 lius  
 pictu  
 nis  
 empla  
 amœn  
 num  
 mæ d  
 dicta  
 simo t  
 toris p  
 castrū  
 Φιλο  
 Rege  
 in cast  
 morte  
 etissim  
 mi vo  
 postea  
 tur. N

præditos fuisse constat. In iis autem fa-  
 ciundis plæriq; rerum euentum confide-  
 rarunt, unde ciuitates nomina postea sor-  
 titæ sunt. Verum hoc adolefcetes vt me-  
 lius intelligant, & quasi ad viuum de-  
 pictum habeant, placuit, omiffis peregri-  
 nis & incognitis, domestica quædam ex-  
 empla ponere. Regia itaq; ac peruetusta  
 amœniffimo loco fita ciuitas Aquisgra-  
 num ab aquis calidis, quæ Græcis Ther-  
 mæ dicuntur, nomen habet, vulgò Ach  
 dicta ex euentu quodam fortuito, certif-  
 fimo tamen ipsius Caroli Magni Impera-  
 toris primi Germanorum. Eo enim loco  
 castrum erat Regium, in quo chariffimam  
 Φιλουμένην fouebat, quæ cum absente  
 Rege fatis ibidem concessiffet, hocq; Regi  
 in castra redeunti nunciatum cum effet,  
 morte illius nimium perturbatus inui-  
 ctiffimus Heros, tristis ac perturbati ani-  
 mi vocem (Ach) edidit, hinc urbi nomē  
 postea hæfit, vt dolorem Regis testare-  
 tur. Nobilis verò ac insignis Heluetio-  
 rum

Aquisgra-  
 num cur  
 Ach dictū.

Berna Hel-  
 uetiorū ci-  
 uitas vnde  
 dicta.

C rum

rum ciuitas Berna vulgò dicta, ab vrsis, ceu nomen refert, appellationem desumpsit. Bertholdus enim Dux de Zäringen cum tertium oppidum condere constituisset, iuxta castrum suum Neideck de nomine imponendo sic actum esse accepimus. Bertholdus venatum exiens de prima bestia, quam caperet, nomen urbi imponere constituit. Vrsus ergò cum primò occurssisset, captusq; esset, Ciuitati inde nomē impositum est. Eo iam loco, quo urbs exstruenda erat, Sylua erat arboribus pulcherrimis, ex qua ligna cādentes rythmum dicebant:

Holz laß dich hauwen gern  
Die Stat muß haissen Bern.

Pragæ appellatio  
vnde?

Pragam verò Regiam illam & amplissimam Boëmiæ urbem Rex Primislaus aggere ac muro cinxit, de cuius nomine dum disceptaretur, iussit Libussa ex artificibus, qui prius occurreret, rogari, quid nam ageret, ac ex priore verbo  
eius

eius vocari oppidum. Interrogatus faber lignarius quispiam, limen se facere dixit, quod Boëmicæ Praha sonat. Inde nomen urbi datum: sed corruptè nunc Praga dicitur. Urbium itaq; nomine & eius derivatione perspecta, observandus est Situs, mœnia, propugnacula, fossæ, turres, pontes publicij, Cataractæ, portæ, cuniculi & similia. Situs non tantum, ut Regiones, quatuor plagas, verumetiam fundamenti rationem et commoditatem loci comprehendit: sitq; urbs natura vel arte munita videndum est. Hæc autē, ut cætera, lubet exemplis quibusdam non omninò etiam doctis auribus indignis, ad oculum demonstrare. Venetiæ totius orbis Emporium longè nobilissimum, quæ Anno Domini 454. conditæ fuere, providens natura sinu Adriatico, in quo fundatæ sunt, pro mœniis robustissimis cinxit atq; muniuit. Distant enim à terra milliare Germanicum. Hinc nec muris opus est: nec cuniculi ad fugam neces-

Extra urbē  
quæ sint ob-  
servanda,  
Situs.

Venetiarū  
Situs.



sarij sunt: nec propugnacula ad depellendum hostem requiruntur: nec portis vel Cataractis ad irruptionem hostium eludendam et propulsandam indigent. Fossam verò amplissimam habent, nempe mare ipsum, quod pericula, omnemq; impetum facile cohibet. Equidem certè nihil æquè admiratus fui, quàm primos conditores ausos fuisse urbem fluctibus committere: sed facile coëgit necessitas illis à Barbaris imminens, quæ nihil intentatum seu intactum relinquit. Inter cæteras verò Italiae vrbes & natura & hominum solertia munitas, Ferraria inexpugnabilis videtur, utpotè quæ ex una parte Padi brachium, ex altera verò fluvium ipsum non procul distantem, fossamq; & amplam & profundam habet. Mœnia satis robusta sunt: Portæ propugnaculis munitæ: nec Cataractis seu portibus sublicis carent. Et quid multa? Nihil habet, quod hostem non in fugam, & desperationem agere & vertere queat.

Ferraria  
vrbs munitissima.

queat. Verum enimvero quid de illa no-  
 bilissima & Imperatoria Sede munitis-  
 sima vrbe Vienna ad Danubium sita, Vienna.  
 qua hodie totius Imperij propugnaculum  
 & quasi clavis est, iudicabimus? Quid Ingolsta-  
 de Ingolstadio? Quid de Argentina & dium.  
 caeteris Germaniae urbibus? Num illas Argentina.  
 minori Religione obseruandas esse puta-  
 mus? Hagenoa quidem Imperij ciuitas Hagenoa.  
 non admodum munita est, sed tamen tot  
 pinnacula habet, quot dies annus. Huc Turres  
 pertinent tres illae Germaniae altissimae Germaniae  
 Turres, de quibus vulgo dicitur, quarum praecipuae.  
 prima Vienna est: altera pulcherrima  
 sane & magnifice fabricata Argento-  
 rati: Tertia vero Landishutae. His addi  
 potest & quarta, quae est Friburgi Bris-  
 goiae non vulgari ratione exstructa. De Pontes.  
 inde non minori cura & diligentia ob-  
 seruandi sunt pontes, quorum exempli  
 loco insigniores duos ponere volui. Ra- Pons Ra-  
 tishona illa Nobilis Imperij ciuitas olim tishonensis.  
 a Carolo Magno Reginoburgium appel-  
 lata,

**Pons Pra-**  
**genfis.**

*lata, Pontem Lapideum habet trans Da-  
nubium admodum insignem, qui Anno  
1113. exstructus fuit. Cui non cedit  
eximius Pons Pragensis ex lapidibus fa-  
bricatus, qui arcus viginti quatuor com-  
plectitur. Fuit autem ædificatus ab Vla-  
dislao, qui sibi & posteris suis dignita-  
tem Regiã à Friderico primo obtinuit.*

**Portæ vbi**  
**Annus &**  
**insignia no-**  
**tandæ.**  
**Monachiũ.**

*In Portis verò Annus Domini, & in-  
signia inspicienda sunt, quæ plerunq; re-  
rum euētum aliquem arguunt. Sic Mo-  
nachium pro insignibus habet Monachiũ,  
ideò nimirum, quod illo loco, quo nunc  
Ciuitas est, Monasterium erat Schëff-  
lern, quod Heimricus duodecimus Ba-  
uariæ Dux in urbem transmouit. Si-*

**Argentina.**

**In vrbe**  
**quæ sint ob-**  
**seruanda.**

**Platææ.**

*mili modò Argentinesium insignia à  
viis publicis, ceu nomen urbis (Stras-  
burg) refert, desumpta fuere. His igitur  
cognitis urbem ingredi debemus, in  
qua Platæas, fora, fontes, aquæductus,  
hortos, & ædificia considerabimus. In  
Platæis amplitudo, longitudo, mundicies  
& ædi-*

& ædificiorum ordo spectandus est. Ro-  
 mæ via Iulia longissima sanè & satis Via Iulia.  
 ampla est, in qua Hieronymus Cardanus  
 Medicus habitavit. Bernensis Ciuitas, Berna.  
 de qua etiam supra mentionem feci, tres  
 perpetuas & longissimas Plateas habet.  
 Propter mundiciem verò meritò lau-  
 dandum est Friburgum Brisgoiæ oppi- Friburgi  
 dum, ubi sub celeberrimis viris Ioanne Brisgoiæ ci-  
 Hartungo et Ioanne Thoma Freigio in- uitatis laus  
 signi Philosopho & Iurisconsulto, Præ-  
 ceptoribus mihi summa in perpetuū ob-  
 seruantia colendis, Tyro militavi. Fluūt  
 autem per singulas huius oppidi Plateas  
 perpetui riuuli, qui sanè magno vsui sunt,  
 siue salubritatem, siue incendia, siue alia  
 quamplurima consideres. Ad Platearū Monachij  
 elegantiam, mūdiciem, ædificiorum ve- encomiū.  
 ram dispositionem, & limpidissimorum  
 fontium multitudinē quod attinet, præ-  
 clarissima est inter ciuitates Principum  
 Monachium, ideoq; etiam nominatissi-  
 ma. In Italia Portus maris Pysaurum Pysaurum.

*Urbinoꝝ Ducis oppidum mihi sanè politissimum, pulcherrimumq; visum fuit. In illa urbe Tuam Illustrissime Princeps, munificentiam, liberalitatem, humanitatem, & reliquas corporis & animi dotes, sicut in multis aliis ciuitatibus, audiui mirificè prædicari. Deinceps multa pulcherrima fora, quæ ipse in Italia conspexi, pro exemplis adferre possem, si instituti ratio exigeret. Venetiis pulcherrimum & amplissimum est Diuo Marco consecratum, ubi magna hominum frequètia ex diuersis mundi partibus quotidie confluit. Ibi equi quatuor erecti sunt, qui Imperatoris Maximiliani primi minas Venetiis factas representant. Cùm enim illos multis præliis vicisset, dixisse fertur, se ex foro D. Marci equorum stabulum facturum. At paulò post inuersa fortuna filio nauali prælio victo & capto, Imperator à Venetis coactus fuit arma abiicere, & pacis certas conditiones inire. Quantum autem fontes*

Forum Venetianum.

Minæ Venetiis factæ ab Imper. Maxim.

Fontes.

tes concernit. Norimbergæ pulcherrimus & planè Regius est, qui propter structuræ magnificentiam fons aureus vocatur. Habet viginti quator fistulas, ex quibus aqua limpidissima & saluberrima profluit. Est igitur hic fons totius ciuitatis ornamentum & perpetuum decus. Fons octodecim fistulis insignis, quibus aqua gelidissima sursum, deorsumque fertur, est in oppido Landsperga, in quo olim quidam Bauariæ Duces habitârunt, nunc autem Generosus Comes Swickardus ab Helfenstein tanquàm Præfectus versatur, qui sicut integerrimus est Religione & vitæ innocentia: ita præstantissimus eruditione & magnarum rerum experientia. Si quis verò fontium eximium & magnificum velit spectare exemplum, habet illud extra ciuitatem Monachium in horto nouo, in quo fons gelidissimus ex ære mira industria & solertia fabri-

иѡ МНРОИ  
Norimbergæ.

Fons Iád-  
spergæ.

Monachij  
fons pul-  
cherrimus.

Hortus fonte Iridem exprimēte insignis.

Aedificia publica & priuata. Publica duplicia.

catus Actæonis Dearumque imagine conspicuus est, qui spectantibus, quoniam aqua impellente moueatur, magnam adfert iucunditatem. Pulcherrimus & amœnissimus hortus est propè Florentiam, in quo, ut de cæteris generosis fructibus taceam, Magnus Dux Hetruriae summo & artificio, & maximis sumptibus exstrui curauit pulcherrimum fontem, quem varia animalium species ex Marmore mira arte fabricatæ ornant & commendant. Illud verò admiratione maximè dignum est, aquam delabentem Sole intersplendente, Iridem haud multò aliter, quàm in ipsis nubibus exprimere. Verùm transeamus ad aedificia, quæ sunt publica vel priuata. Publica in duas partes optimè deduci posse videntur. Sunt enim alia, in quibus ea peraguntur, quæ ad Religionem, cultumque diuinum pertinent: in quibusdam verò tractantur, quæ secularia,

cula  
sole  
pla,  
seru  
liqu  
ra,  
plis  
à ca  
Tem  
cani  
rimi  
ut  
gere  
etian  
& m  
opera  
quam  
nuè  
sum,  
ma r  
xisse  
reru

cularia, profana seu politica nominare  
solemus. Ecclesiastica itaque sunt Tem- Ecclesiast.  
pla, Fana Sacella, Monasteria. In his ob-  
servanda sunt structura, Sanctorum re-  
liquiæ & miracula, ὑπόγυια, sepultu-  
ra, Epitaphia. Hæc melioribus exem-  
plis me illustrare non posse arbitror, nisi  
à capite ipso, Roma scilicet, incipiam.  
Templum itaque Diui Petri in Vati- Basilica D.  
Petri Ro-  
mæ.  
canis magnificè exstructum & pulcher-  
rimis Altaribus ornatum est: ita sanè,  
ut veteres Romani, si ab inferis resur-  
gerent, huius structuræ magnificentiam  
etiam admirari cogerentur. Reliquias Reliquiæ et  
miracula.  
& miracula, quæ Deus per Sanctos suos  
operatus est, si scire volumus, ubi plura,  
quam Romæ inueniemus? Fateor inge- Imago  
Christi lin-  
teo im-  
pressa.  
nuè me vultum Diuinum linteo impres-  
sum, & cætera Dei stupenda opera sum-  
ma reuerentia & veneratione conspe-  
xisse, neque unquam, quàm ex harum  
rerum contemplatione, vehementius



Ceremo-  
niae-

ὑπόγειον  
Romae.

Monumē-  
ta.

commotum fuisse. Vbi verò Maiores & plures ceremoniae esse & videri possunt, quàm in eo ipso loco, in quo Vicarius Christi cum cæteris Ecclesiae Patribus versatur? Cauerna est Romae apud Diuum Sebastianum ampla & lata, quã una mecum ingressus fuit Nobilis & eruditus vir Ioannes Georgius à Kienburg Iunior. Tempore persecutionis in eiusmodi locis subterraneis Christiani, aut latitabant, aut Martyrum seu militum Christi corpora sepulchris mandabant: sicuti liquidò constat in hac multa millia Martyrũ quiescisse, qui pro Christiani nominis gloria: pro salute aeterna: pro perpetua et caelesti corona acquirenda constanter pugnantes, nec Tyrannorum minas, nec grauissima suppliciorum genera formidârunt, nec auersati sunt. Quot, & quàm magnificas tùm Imperatorum & Romanorum veterum, tùm Pontificum & Clarissimorum, doctissimo-

simorumque virorum sepulturas ha-  
beat Roma, declarat Adriani Impera-  
toris moles, quæ hodiè in arcem muni-  
tissimam excrevit: declarat Publij Se-  
stij monumentum instar Piramidis fa-  
bricatum: declarat Adriani summi &  
optimi Pontificis in Ecclesia Germano-  
rum Mausolæum, in quo sic scriptum re-  
peritur:

O quantum refert, in quæ tempora & ho-  
mines, cuiuslibet viri virtus incidat.

Ad ædificia Ecclesiastica pertinent Academiae  
quoque Academiae, Scholæ, Collegia & Gymna-  
Religionis Seminaria. In his celebra-  
tia.  
tem, Scholarum frequentiam, Professo-  
rum eruditionem & diligentiam, Pri-  
uilegia & Fundatorem considerabit a-  
dolescens. In Germania celebres sunt  
Ingolstadium, Friburgum, Louanium.  
Friburgi fuit & obiit insignis & cele- Friburgū.  
berrimus Iureconsultus Vdalricus Za- Zafius.  
suis, quo nullus melius suo tempore in  
C 7 Iuris-

*Jurisprudentiæ Studio versatus fuit. Prætereo iam Erasmus Roterodamū: nil dicam de Thamerō insigni Theologo: Tacebo de Glareano: omittam Hartungum virum Græcarum literarum cognitione ornatissimum: relinquam Schreckenfluxium Mathematicarū artium & Hebraicæ linguæ peritissimum. De Glareano illud lepidissimum est. Retulit mihi Ioannes Hartungus, aliquando Nobiles quosdam ex Italia profectos fuisse, ut Glareanum, sicuti Doctrina insignis & celebris fuit, viderent. Quo cognito iussit Glareanus, ut postero die redirent, se enim iam negotiis quibusdam occupatum esse. Altero itaq; die cū reuersi essent. Glareanus sua Laurea indutus, & aurea torque ornatus concessit in conclaue quoddam elegans & amplum, ubi se in Hemicyclum recipiēs iussit eos ingredi, qui Glareanum videndum aduenerant. Nobiles*

Glareanus  
quomodò  
exceperit  
Studiosos  
sui videndi  
avidos.

les igitur cum ingressi essent, et Glareanum, sicuti moris est, salutassent, tunc ille sedebat immotus, perinde quasi illos non videret, quos etiam ita abire patiebatur. Hoc Itali cum mirarentur hancque inhumanitatem per amicum quendam Glareano exprobrarent, respondit. Cur illis inhumanus videor, cum solum me videndum venerint? At postea invitatus ab illis, totus dies iucundissimis colloquiis consumptus fuit, ita, ut Itali Glareani prudentiam, humanitatem, eruditionem, faceta dicta, servata tamen gravitate, non solum admirarentur & predicarent, verum etiam suspicienda esse dicerent. In Galliis celeberrima est Parisiorum Schola ex qua prodiit insignis Theologus Petrus Maluenda, qui Lutheranae Sectae in Colloquio Ratisbonensi ex mandato Caroli V. Imperatoris fortiter restitit. Huius discipulum Dominum Doctorem Franciscum Astutium

Parisiorum  
Lutetia.

Petrus Maluenda.

Petr<sup>o</sup> Ramus.

Gymnasia Italiae.

Muretus.

Cardanus.

lium Consultissimum Cardinalis Medices Theologum Romæ cognoui, cuius humanitatem, integritatem, & literarum Græcarum cognitionem maximè miratus fui. Sæpè autem à nobis Optatum fuit, vt Maluenda, qui Ecclesiæ, & aliis nimis immaturè obierit, à mortuis resurgeret. In Parisiensibus matutinis Anno 1572. interfectus est insignis Philosophus & Orator Petrus Ramus, qui quantū in instaurandis artibus præstiterit, multi clari & eruditi Viri testantur. Hoc verò illi, propter haresin in qua fuisse fertur, contigit. In Italia sunt celeberrima & multa præclara studiorum Gymnasia, vt Bononia, Patavij, Senis, Romæ, vbi Muretus insignis Orator summa cum laude & dignitate eloquentiæ studio præest. Vixit ibi Hieronymus Cardanus Medicus, qui quomodò me exceperit, recitare libuit. Cùm aliquando illum accederem, atque Domini

mimi Pauli Guidelli Clarissimi Medici  
 nomine salutare vellem, primo intuitu  
 ex me quærebat, num illi pecunias ad-  
 ferrem. Hæc quæstio mihi valdè pere-  
 grina videbatur, ideoque illi causam,  
 ob quam aderam, explicabam: tùm ille  
 sibi nihil negotij cum transalpinis inter-  
 cedere, se Cardanum esse, neminem am-  
 plius curare, nisi qui pecunia instructus  
 veniret. Tùm ego illum nõ Cardanum,  
 sed *neg d'oi vop* iudicabam. Eum tamen  
 hac in re excusare potest Senectus ingra-  
 uescens, quæ multa vitia secum addu-  
 cit. Notum enim est illum aliàs erudi-  
 tissimum virum fuisse. Quantum verò  
 Collegia, & Religionis Seminaria con-  
 cernit, constat modernum Pontificem ex  
 singulari quodam amore, quo in Germa-  
 nos fertur, pulcherrimum laudeque di-  
 gnissimum edidisse exemplum. Funda-  
 vit enim Romæ Religionis seminarium,  
 quod Collegium Germanicum appellat,  
 in quo

Allusio no-  
 minis Car-  
 dani.

Collegium  
 Germano-  
 rum Romæ  
 à Gregorio  
 XIII. fun-  
 datum.

in quo ferè ducenti adolescentes gratuito aluntur, & bonis literis & moribus ad Germaniæ utilitatem instituuntur. Unde dubium non est Germaniam huius rei subindè magnum fructum et commodum percipere. At videamus nunc quarundam Academiarum fundatores. Ingolstadiensis ad Danubium in Bauaria iuxta normam Viennensis instituta est Anno Domini 1472. à Duce Ludouico cognomine Barbato, qui ibidem Templum magnificum Deiparæ Virgini consecratum exstruxit, in quo præter cætera Annus lapideis literis artificiosè denotatus est. Continet autem qualibet latera pedes duodecim. Friburgensem Brisgoiæ Academiam fundauit Anno Domini 1460. Albertus Austriacus. Studium Pragense erexit Carolus Quartus Imperator Anno Domini 1370. quod paulò post propter Sectam Hussitarum rursus dissipatum fuit. Nobilem verò

Fundatores  
Academia-  
rum.  
Ingolsta-  
dij.

Templum  
Marmore  
stratū, cui  
hic numerus  
insetus est.  
ANNO  
DNI. M.  
CCCC.  
DECIO.

Friburgū  
fundatur à  
Duce Al-  
berto Au-  
striae.  
Pragensis  
Academia.

Parisi-

*Parisiarum Scholā instituit Anno 791. Lutetia*  
*ad similitudinem Romanæ, optimus & Parisiorū.*  
*literarum amantissimus Princeps Caro-*  
*lus Magnus Imperator. Antiquissima Romana.*  
*verò est Academia Romana, utpotè,*  
*quæ 700. Annis ante Christum na-*  
*tum ex Athenarum reliquiis cœpisse*  
*dicitur. Hanc, cùm ad ruinam inclina-*  
*ret, instauravit Papa Eugenius Quar-*  
*tus, quem Sabellicus passim in Europa*  
*plurima studia instituisse testatur. Ad*  
*Academiarum considerationem refe-*  
*rendæ sunt Bibliothecæ, quæ sunt om-*  
*nis eruditionis & sapientiæ Thesauri.*  
*In his colligendis ut Veteres & Maio-*  
*res nostri summam & perpetuam lau-*  
*dem quæsiuerunt. Ita Serenissimus ac po-*  
*tentissimus Princeps Albertus Parens*  
*tuus, Illustrissime Princeps, qui sicut Re-*  
*ligionis studiosissimus, ita literarum, &*  
*hominum eruditorum amantissimus est,*  
*sibi*

Bibliothe-  
cæ.

Bibliothe-  
ca à Duce  
Bauariæ  
instituta.



sibi hac in re nominis immortalitatem, perennemque peperit memoriam. Hoc Serenissimæ suæ Celsitatis in exstruenda Bibliotheca studium admirabitur posteritas, talemque Principem beatissimum iudicabit, utpotè qui multarum virtutū, maximè verò illius, quæ Principum est quodammodò propria, plurima & pulcherrima ediderit specimina. Quid verò de nobilissima & omni librorum genere copiosissima Bibliotheca Vaticana dicam? In hac fateor me librorum pulcherrimum & preciosissimum thesaurum conspexisse. At non minori studio inspicienda est Bibliotheca Florentiæ Anno Domini 1484. per Laurentium Medices instituta, qui, Ioanne Lascare, è Lascarina Imperatoria stirpe nato, Legato usus ad Baiazetem, impertrauit, ut liceret ei tutò abditas Græciæ Bibliothecas perscrutari & conquerere, quæ postea in Italiam translate fuère,

Vaticana  
Bibliothe-  
ca.

Mediceo-  
rū Biblio-  
theca.

fuere, de quibus hæc Bibliotheca extat.

Inter reliquos libros singulari quadam diligencia seu veneratione reseruantur

Pandectæ Iustiniani Imperatoris, tanquam thesaurus quidam preciosus nullaque pecunia comparandus. Huc pertinet etiam Ars Typographica Anno Domini 1440. inuenta: Antiquitates, Porticus, Arcus triumphales, Fornices, Columnæ, Piramides & similia. Harum quippè rerum gratia doctissimos & clarissimos Viros peregrè profectos fuisse, luce meridiana clariùs est. Romæ videntur adhuc Arcus Titi & Vespasiani & Septimij, sed ut supra dictum est, diruti & ferè collapsi. Columnæ duæ sunt: Vna in honorem Antonini erecta: Altera Adriano Imperatori ob summas & planè Heroicas virtutes à ciuibus Romanis consecrata est. Equidem in Capitolio vidi Lupam ex ære fabricatam Romulum & Remum urbis Cōditores

Pandectæ  
Iustiniani  
Imp.

Ars Typo-  
graphica et  
Antiquita-  
tes.

Arcus Titi,  
Vespasiani  
& Septi-  
mij.  
Columna  
Antonini.

Romulus  
& Remus  
ære incisi.

ditores lactantem: item Herculem & eius prolem. Inuictissimo Heroi Iulio Cæsari erexit Roma ibidem, tanquam sempiternum monumentum, Equum æreum mira solertia fabricatum, cui Cæsar insidet. Cæteras insigniores antiquitates, quæ Romæ & passim in Italia vidēda sunt, breuitatis studio omitto, eosque, qui eiusmodi scire & intelligere desiderant, aut ad peregrinandum & res ipsas inspiciendum, aut ad Appiani de Antiquitatibus librum remitto. Aedificia igitur profana sunt publica vel priuata. In publicis numerantur Curia, Armaria, Frumentaria, Macella, Vettigalia, Xenodochia: Nosodochia, Amphiteatra, Balnea, item ea, quæ exercitij gratia sunt instituta, quæ nominari possunt Gymnastica. In his præter structuræ magnificentiam, sunt etiam obseruanda singularia: ut Patauij in Curia Lapis turpitudinis, seu ut Iurisconsulti loquuntur

Iulius Cæsar in Capitolio.

Reiectio Antiquitatum.

Aedificia profana duplicia. Publica.

Lapis turpitudinis.

loquuntur  
soluerunt  
insidit  
hanc  
garem  
ita fac  
ment.  
vulg  
rum g  
ue ter  
tat ca  
quis n  
rimur  
magn  
urbis  
se, si  
possit.  
(ut m  
rum a  
dinis a  
barda  
alij de

loquuntur, cessionis bonorum, cui, qui  
 soluendo non est, denudatis posterioribus  
 insidere tenetur, in eum finem, ut alij  
 hanc infamiae & turpitudinis non vul-  
 garem notam formidantes, fidem non  
 ita facile seu leuiter frangendam existi-  
 ment. *Armarium Venetiis est* (quod  
 vulgò *Arsenale* vocant) omni armo- Arsenale  
Venetianū  
 rum genere refertissimum, siue mari, si-  
 ue terra pugnandum sit. Elegancia cer-  
 tat cum varietate, ita sanè, ut ali-  
 quis non arma, sed thesaurum pulcher-  
 rimum se spectare arbitretur. Oppidi  
 magnitudinem obtinet, situm in parte  
 orbis, murisque cinctum, ut ipsum per  
 se, si qua vis ingruat, teneri ac defendi  
 possit. Ultra quatuor millia operariorum  
 (ut mihi dictum fuit) alit quotidie: quo-  
 rum alij *Naues* variij usus ac magnitu-  
 dinis aedificat: alij *Vela*, *Anchoras*, *Bom-  
 bardas*, quas instar *Pyrarum* conspexi:  
 alij denique caetera armamenta expediunt.

Puto

Aedificia  
priuata.

Mantuae hu-  
manitas &  
in Antiqui-  
tatibus col-  
ligendis stu-  
dium.

Puto similes quondam in re nauali fuisse Athenas, quarum opes, potentiam & res gestas cum legimus, etiam hodie admirari solemus. Quantum ad aedificia priuata attinet, Notanda sunt Elegancia, Picturae, Aes, Marmor, Manus artificum & similia. In his omnes Italiae urbes facile superant superba Venetorum Palatia. Haec sequuntur Florentinorum magnifica aedificia. Patauij Palatium pulcherrimum est, in quo clarissimus & eruditione praestantissimus Iurisconsultus & Antiquarius Mantuae habitat, qui me paulo aliter, quam Cardanus, excepit: Bibliothecam suam optimis Autoribus refertissimam aperuit: Antiquitates, quarum magnam copiam habet, monstrauit: earumque nomina, quamuis nonagenarius sua sponte recensuit & declarauit: & ut vno verbo multa dicam, summa humanitate Vir doctissimus in me nihil pro merito vsus fuit.

fuit. Ad hanc domum confluunt omnes, qui studiorum gratia peregrinantur, tum propter incredibile huius viri eruditionem & humanitatem: tum propter Antiquitates & Bibliothecam, ut dixi, omni librorum genere instructissimam, haud aliter, quam olim Romæ, qui ex Scipionis domo oracula petebant. Hactenus ergo explicata sunt, quæ adolescenti in corpore externo observanda videntur. Transeamus ad internum, quod Rempublicam, sicut anima hominem, regit, gubernat, tuetur, conseruat. Illud autem Magistratum comprehendit, qui est Ecclesiasticus aut secularis. Ad Ecclesiasticum spectat Summus Pontifex, cui data est uniuersalis potestas de hominum peccatis cognoscendi. Hunc sequuntur Cardinales, qui sunt Ecclesiæ Patres: quibus proximi sunt Episcopi, Abbates, Præpositi, Canonici & reliqui sacris initiati. Hic duo sunt consideranda

Corpus internum, quod Magistratum continet. Magistratus duplex. Ecclesiasticus.

D da lu-

fuis-  
n &  
è ad-  
ificia  
gan-  
s ar-  
alia  
æto-  
nti-  
Pa-  
arif-  
s lu-  
ntua  
Car-  
opti-  
ruit:  
pam  
nina,  
ecen-  
erbo  
e Vir  
sus  
fuit.

da Iurisdictione spiritualis, & eorum uiuendi ratio. Iurisdictione Dioceses & multa singularia continet, quæ quoniam infinita sunt, pro temporis & loci ratione per se obseruabit adolescens. Vita autem Religionem, cultum diuinum, pietatem in Deum & homines complectitur. Huc itaq; referenda sunt exempla virtutum & vitiorum. Quid ego hac in re Romæ Anno Sancto animaduertirim, tribus verbis explanabo. Omissa Religione, cuius verissimi cultores Ecclesiæ Patres in omni virtutum genere se subindè strenuè exercent, illud et laude & admiratione dignū videtur, quod in loco (quem Itali La Trinità di pellegrini vocant) omnes, qui Romam deuotionis causa peregrinationem instituerant, hospitio suscepti, triduo humanissimè tractabatur: quorum pedes quidam Cardinales lauabant: quidam cibum & potum adportabant: quidam mensæ.

Pietatis  
exemplum  
in peregrinos.

mensæ stantes in seruibant: plurimi de-  
 niq; erga abeuntes munificentiam suam  
 exercebant. Quanta in Ecclesiæ Patri-  
 bus videatur eruditio, humanitas, pru-  
 dentia, sobrietas, continentia, totiusque  
 vite integritas & sanctimonia, satis,  
 ut puto, tuæ Celsitati Illustrissimæ con-  
 stare potuit ex vita Cardinalis Ludo-  
 uici Matrucij optimi sanè & moderatiss-  
 simi Principis, qui me in suorum nume-  
 ro Parentis tui Serenissimi & omnium  
 præstantissimi Principis autoritate &  
 commendatione motus, humanissimè ha-  
 buit, & adhuc promptus haberet, nisi de-  
 bilitate corporis Roma pulsus fuisssem.  
 Quot prætereà reliquarum virtutum  
 pulcherrima specimina Romæ reperian-  
 tur, non improbi, qui neglecta pietate ea  
 solùm inquirunt, quæ ad malitiam & a-  
 nimorum perturbationem pertinent, sed  
 boni apertè & ingenuè, & absque omni  
 fuce, seu adulandi specie fatebuntur. Ma-

Cardinalis  
 Matrucius.

D 2      gistra-



- Politię tres species.** *gistratus Politicus constat aut Aristocratia, aut Democratia, aut Monarchia.*
- Heluetiorum Democratia.** *Democratia apud Heluetios est, qui tãquã olim Athenienses, seu Lacædæmones senatoria authoritate reguntur.*
- Monarchia Imperij.** *Aliter in Imperio uiuitur, ubi summa rerum potestas est penes Imperatorem, quem ideò summum Monarcham uno omnium consensu nominare solemus. Huc*
- Politię adiuncta.** *pertinent Comitia, conuentus Prouinciales, Iurisdictio seu territorium cuiusque Magistratus, Iura, Leges, Statuta, Consuetudines, Ritus, & Priuilegia, quæ quoniam particularia sunt, diligens adolescens per se obseruare & perscrutari debet. Notabit etiam subditorum,*
- Subditi.** *qui ex altera parte Rempublicam constituunt, vitam, pietatem, mores, diuitias, studia, quibus ea parantur, quæ ad corporis conseruationem requiruntur.*
- Diuersarum Regionum commoda.** *Quicquid diuitiarum Italicæ Ciuitates possident, id Mercaturæ beneficio obtinent.*

*Aliter Germania, quæ præcipuè  
 vel ex frumento, vino, & reliquarum  
 rerum frugalitate, nec non metallo ea  
 quarit, quæ ob vitæ necessitatem expe-  
 tuntur. Iam igitur Colophonis locò, qua  
 ratione se in studiis, & apud exteros ge-  
 rere debeat, adolescentem breuissimè ad-  
 monendum esse censeo. Meo autem iu-  
 dicio imitabitur Ciceronis prudentiam,  
 qui filium suum ad Cratippum Athe-  
 nas ablegauit, ut nõ solùm audiret sum-  
 mum in Philosophia virum & sapien-  
 tem, sed etiam Urbis authoritate & ex-  
 emplis commotus, cum eruditione rerum  
 experientiam coniungeret. Nec certè  
 Mercatores, qui magni lucri gratia lon-  
 gissimas profectiões instituunt, parua  
 aut obscura oppida adeunt, sed vel se Ve-  
 netias, Antuerpiam, Alexãdriam, Flo-  
 rentiam, vel ad alia celeberrima orbis  
 Emporia conferunt. Porrò & primùm  
 omnium Deum Optimum Maximum,*

Epilogus  
 Parænesin  
 cõplectens.

Emporiæ.

Pieras.

D 3 qui

Studiorum  
alacritas.

qui omnium bonorum origo est, timebit, quem etiam unice colere & diligere debet. Studiis verò suis, quorum gratia peregrinatur, diligenter inuigilet, seque in labore, patientiaque & animi & corporis ita exerceat, ut illius aliquando in Reipublicæ negotiis vigeat industria. Natu Maiores vereatur, ex quibus etiam deligat optimos & probatissimos, quorum Consilio atque authoritate nitatur. Et cum iuventutis inscitia senum regenda sit prudentia, faciat sicut apud Ciceronem Lælius, qui à Patre Scauola traditus, à senis latere nunquam discesserat. Si verò cum aliis aut animi recreandi gratia versari, aut conuiuio, seu Symposio cuidam honesto interesse voluerit, parcè admodum loquatur, caueat intemperantiam, meminerit verecundiæ, quæ si in adolescente non sit, facile patet ianua in deterrima vitia & turpitudinem prolabendi. Absit in familiaribus

Verecundia.

Irrisio.

liari congressu sermonis pertinacia & amarulentia, maxime verò irrisio, quæ est amicitia dissolutio, animorumque perniciofa perturbatio. Auersetur ebrietas & Venerem: fugiat prauorum hominum consortia: nec affectus præfint, sed ratione regantur. Habeat curam valetudinis, quam conseruabit facilius, si dietam in cibo & potu habuerit, nec propè flumina, vel in locis meridiem, sed Boream spectantibus habitauerit. Quantum enim conducatur harum rerum obseruatio, tradidit Marsilius Ficinus, qui de studiosorum dieta scripsit. Quis igitur dubitet adolescentem, si hæc sedulo faciat, clarissima & maxima profectio- nis & laboris sui præmia consecuturum? At quas apud Rempublicam honores & laudes mereatur, quam lætiti- am ex illo consequantur parentes & amici, illi experti sunt, qui peregrè pro- fecti, inhunc modum vixerunt. Habes

Temperã-  
tia.

Cura vale-  
tudinis.

Marsilius  
Ficinus.

D 4 à me

à me, Illustrissime atque Reuerendissi-  
 me Princeps, munus, seu præcepta qua-  
 dam de Arte Apodemica, non quidem  
 oratorio more, sed pro ingenij tenuitate  
 & in meam, et aliorum utilitatem con-  
 scripta, quæ si tibi grata & accepta fore  
 cognouero, mihi animus ad maiora &  
 ea studia, quibus me multoties pauper-  
 tas, seu fortuna iniuria eripuit, multò a-  
 lacrior reddetur, meque nullius laboris  
 aut periculi unquam poenitebit, quod  
 mihi adhuc sustinendum seu subeundum  
 erit. Ego verò quantum debeam Sere-  
 nissimo Principi Parenti tuo Domino  
 & Meccenati meo Clementissimo, tua-  
 que Celsitudini Illustrissimæ, et toti Do-  
 mui Bauariæ, satis quidẽ intelligo, quid  
 autem adhuc præstare possim, non vi-  
 deo. Hoc tamen tibi, Illustrissime Prin-  
 cept, certò persuadeas velim, me omnem  
 operam & studium in eo collocare, ni-  
 hilque magis nocte dieq; meditari, quam

ut

ut al-  
 gume  
 re pos-  
 faxit  
 ut Pa-  
 cipem  
 sima  
 ua

ut aliquando veræ gratitudinis Argumentum erga Domum Bauariæ edere possim. Cuius voti ut compos fiam, faxit Deus Optimus Maximus, quem ut Parentem tuum Serenissimum Principem, Tuamque Celsitudinem Illustrissimam, una cum tota Serenissima Bauariæ familia, diu conseruet incolumem, etiam atq; etiam vehementer oro.

F I N I S.

Præfens Apodemicus libellus,  
cùm nihil habeat fidei Catho-  
licæ Romanæ Ecclesiæ aduer-  
sum, & varia vtiliaque ad pe-  
regrinandum necessaria in se  
complectitur, suo quodam-  
modò iure Typis rectè com-  
mittitur. Quod hac propriæ  
manus meæ subscriptione la-  
bens attestor.


*Rodolphus Clencke D. Theolo-  
gus, & facultatis Theologicæ  
pro tempore Decanus, manu  
propria.*


us,  
no-  
er-  
pe-  
n se  
m-  
m-  
ria  
la-


o-  
æ  
11














Confessio  
de  
Hieronymo

Th  
2389